Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 2023

Quelle:
Copyright:

Codex	Editio Chifflet.
tandem quasi *correctus*	tandem quasi *correptus*
et *indiuiduam* trinitatem	et *omousion* trinitatem
et *anathematismi* sancta	et *anathematis ita* sancta
expurgari decreuit	expurgari *debere* decrevit.
prestito proprie manus sacramento	propriæ manus sacramento
eam *partem* detestatur	eam detestatur
inquam et *Christianus*	inquam et *Christinus*

Haec Libelli integri editionem suscepturo; nam PP. Loca a *Chifletio* praetermissa priorem ejus partem constituere, cum e dictis liquet, tum ex ipsis Autoris versus finem verbis, quae recito: *Et nos quoque huiusmodi simplicibus in hac scedula satisfacere proposuimus: videlicet testimonia sanctorum Patrum de veritate Corporis dominici simpliciter proponentes, et synodales Beringerianæ hæreseos damnationes fideliter subnectentes.* En utramque Partem.

IV. *fol.* 32. spatio relicto ad sequentia inserenda usa est non una Manus. 1) *Decretum papę paschalis II. actum Warstallis.* Lege *Gu* pro *W.* ut solet, *Guarstallis* et omisso *r Guastallis*, quo loco dictus Pontifex a. 1106. Concilium celebravit, ut habes T. XII. *Concill. Labb.* edit. *Venet. col.* 1127. ubi quidem Decretum nostro simile comparet; juvat tamen et nostri tenorem hic vulgare. *Quoniam Ecclesia in multis locis et maxime in teutonicis partibus diu laborauit sub heresi et scismate, et si omnia illa, quae ab illis hereticis et scismatibus* (Schismaticis) *ordinata sunt, annulari deberent, quędam ecclesię omnino nudari uiderentur suis clericis, nos sequentes decreta sanctorum patrum de his, quę* (qui) *sub accio* (Aetio) *et bonosio, et donatistis ordinati sunt, statuentes decernimus, ut episcopi, qui sub ipso scismate ordinati sunt, omnes in suis honoribus permaneant, nisi sint inuasores, aut criminosi. De ceteris vero ordinibus penes episcopos potestas sit, ut, quorum uita probabilis uideatur, in suo gradu consistant.* 2) Cantilena theotisca, cujus argumentum: Baptismum a Christo in Jordane susceptum figuram fuisse ablutionis nostrae in sanguine ejus.

Der heligo christ war geboren ce bethlehem,
Damnen quam er widere ce ierusalem.
Da ward er getoufet uone iohanne
In demo iordane.
Duo uerstuont der iordanis fluz unt der (unser?) *sin runst.*
Also uerstant du bluot rinna
Durch des heiligen christes minna

Du